Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Augustinus episcopus: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

milia hominum credunt in xp̄m · ut & claudi desiderium · & apostolorum meritum · & benignitatis xp̄i · in multorum salutem probaretur exemplum ·,

IN NATALE VIRGINUM :—

LEC SCI EUA SEC MATH·

In illo tempore · Dixit ihs discipulis suis ·, Simile est regnum caelorum decem uirginibus · quae accipientes lampades suas · exierunt obuiam sponso & sponsae ·, Et reliqua ·,

CXXI OMELIA BEATI AUGUSTI EPISCOPI DE EADEM LECTIONE

INTER PARABOLAS A DN̄O dictas · solet quaerentes multum exercere ista quae de decem uirginibus posita est ·, Et multi quidem hinc multa senserunt quae non sint praeter fidem · sed quomodo partib; eius omnibus conueniat expositio id elaborandum est ·, Legi &iam in quadam scriptura ex earum genere quae apocriphae nominantur · quod non sit contra catholicam fidem · sed huic loco mihi minus congruere uisa est · consideranti omnes huius similitudinis partes ·,

Quid autem mihi uideatur non absurde de hoc loco accipi · quantum potero breuiter & diligenter exponam ·, Interrogatur igitur dn̄s noster a discipulis de consummatione saeculi · inter multa quae locutus est hoc quoq; dixit ·,

Tunc simile aestimabitur regnum caelorum decem uirginib; quae acceperunt lampades suas & uenerunt obuiam sponso · Quinq; autem ex eis erant fatuę · & quinq; prudentes ·, Sed quinq; fatuae acceptis lampadib; suis non sumpserunt oleum secum ·, Prudentes autem acceperunt oleum secum in uasis cum lampadibus suis ·, Tardante autem sponso dormierunt om̄s ·, Media autem nocte clamor factus est · ecce sponsus uenit · exite obuiam ei ·, Tunc surrexerunt omnes illę uirgines · & aptauerunt lampades suas ·, Et dixerunt illae stultae ad sapientes ·, Date nobis de oleo u̅ro quia lampades nr̄ae extinguntur ·, Responderunt autem sapientes dicentes ·, Ne forte non sufficiat nobis · ite potius ad uendentes & emite uobis ·, Et dum eunt emere · uenit spon

sus. & quae paratae erant intra
uerunt cum eo ad nuptias. &
clausa est ianua. Nouissime
autem uenerunt reliquae
uirgines dicentes. Dn̄e dn̄e
aperi nobis. At ille respon
dens. amen dico uobis quod
nescio uos. Vigilate ergo
quia nescitis diem neq; horam.

Decem utiq; uirginum quod
quinq; admittuntur. quinq;
excluduntur. bonorum & ma
lorum discretionem significat.

Quapropter si uirginitatis no
men honorabile est. cur recep
tis exclusisq; commune est.

Deinde quid sibi uult numerus
in utraq; parte quinarius.

Quicquid autem significat oleum
mirum uidetur quod sapientes
petentibus non communicant.
cum & inuidere fas non sit. eas
quae ita perfectae sunt ut a spon
so recipiantur. Quo nomine
nullo dubitante dn̄s ih̄s xp̄s
significatur. Et misericor
des esse oporteat ad praestan
dum ex eo quod habent. prae
scribente illa sententia eius
dem dn̄i dicentis. Omni pe
tenti te tribue. Quid est aū
quod possit dando non suffice
re utrisq;. Haec maxime
augent questionis difficultatē.
quamquam & cetera diligen
ter considerata ut omnia in u
nam rationem concurrant.
nihilq; in unam partem dicatur
quod inpediat aliam magna
cautio est adhibenda.

Uidentur itaq; mihi quinque
uirgines significare quinquepertī
tam continentiam a carnalibus
inlecebris. Continendus
est enim animi appetitus. a uo
luptate oculorum. a uolupta
te aurium. a uoluptate olfa
ciendi. gustandi. tangendi.

Sed quia ista continentia par
tim coram dō fit. ut illi placē
atur interiore gaudio con
scientiae. partim coram homi
nibus tantum ut gloria hu
mana capiatur. quinq; dicun
tur sapientes. & quinq; stultae.

Utraeq; tamen uirgines. quia
utraq; continentia est. quam
uis diuerso fomite gaudeat.

Lampades autem sunt. quia
manibus portantur opera.
quae secundum istam continen
tiam fiunt. Dictum est aū
luceant opera ura coram ho
minibus. Omnes uero ac
ceperunt lampades suas. &
uenerunt obuiam sponso.

Intellegendum est ergo xp̄i no
mine censeri de quib; agitur.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Non enim possunt qui xpiani
non sunt. sponso xpo uenire
obuiam. Sed quinq; fatuae
acceptis lampadibus suis non
sumpserunt oleum secum.
Multi enim quamuis de xpi boni
tate plurimum sperent. gau
dium tamen non habent dum
continenter uiuunt nisi in lau
dibus hominum. Non ergo
habent oleum secum. Nam ip
sam laetitiam oleo significari
arbitror. Propterea in
quit unxit te ds ds tuus oleo
laetitiae. Qui autem non
propterea gaudet quia dō in
trinsecus placet. non habet
oleum secum. Prudentes au
tem acceperunt oleum secum
in uasis cum lampadibus suis.
Id est laetitiam bonorum operū
in corde atq; conscientia posu
erunt. Sic & apostolus monet.
Probet autem se homo inquit.
& tunc in semet ipso habebit glo
riam & non in altero.
Tardante autem sponso dormi
erunt omnes. Quia ex utroq;
genere continentium homi
num. siue eorum qui coram dō
exultant. siue eorum qui in
laudibus hominum adquies
cunt. moriuntur hoc inter
uallo temporis donec sub ad
uentu dni fiat resurrectio mor
tuorum. Media autem
nocte. id est nullo sciente
aut sperante quippe cum ipse
dns dicat. De die autem illa
& hora nemo scit. & apostolus
dicit. Dies dni tamquam
fur in nocte ita ueniet.
Ex quo significat. poenitus la
tere cum uenit. Clamor
factus est ecce sponsus uenit.
surgite obuiam ei. In ictu
oculi in nouissima tuba. om
nes resurgemus. Ergo sur
rexerunt omnes illae uirgines
& aptauerunt lampades suas.
id est rationes reddendas o
perum suorum. Oportet enim
nos exhiberi ante tribunal
xpi. ut illis recipiat unusquisq;
quod gessit in corpore. siue bo
num siue malum. Et dixe
runt stultae ad sapientes.
Date nobis de oleo uro quia lam
pades nrae extinguuntur.
Quorum enim facta. aliena
laude fulciuntur. eadem
subtracta deficiunt. & decon
suetudine id semper inquirit.
unde gaudere animus solet.
Itaq; hominum qui corda non
uident. testimonium uolunt
habere apud dm. qui cordis
inspector est. Sed quid re

sponderunt sapienter. ne forte non sufficiat nobis.

Unusquisque enim pro se rationem reddet. Nec alieno testimonio quisquam adiuuatur apud dm̄. cui secreta cordis apparent. Et uix sibi quisque sufficit. ut ei testimonium perhibeat conscientia sua.

Quis enim gloriabitur mundū se habere cor. Inde est quod apostolus dicit mihi minimum est ut a uobis iudicer. aut ab humano die. sed neque me ipsū iudico. Quapropter cum de se quisque aut non omnino aut uix possit ueram referre sententiam. quomodo potest de alio iudicare. cum sciat nemo quid agatur in homine nisi spr̄ hominis. Ite magis ad uendentes & emite uobis.

Non consilium dedisse putandae sunt. sed crimen earum ex obliquo commemorasse.

Vendunt enim oleum adulatores qui siue falsa siue ignorata laudando. in errores animas mittunt. & eis uana gaudia tamquam fatuis conciliando aliquam de his mercedem. siue ciborum. siue pecuniae. siue honoris. siue alicuius commodi temporalis accipiunt. Non intellegenter quod dictum est. qui uos felices dicunt in errorem uos mittunt. Melius est autem obiurgari a iusto. quam a peccatore laudari.

Emendauit me inquit iustus in misericordia & arguet me. oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum.

Ite ergo ad uendentes magis & emite uobis. Id est uideamus nunc quid uos adiuuant qui uobis laudes uendere consueuerunt. & uos in errorem inducere. ut non coram dō sed ab hominibus gloriam quaereretis. Euntibus autem illis emere. uenit sponsus.

Id est inclinantibus se illis in ea quae foris sunt. & solitis gaudiis (al gaudere) quaerentibus. quia gaudia interna non nouerant. uenit ille qui iudicat. & quae paratae erant. id est quibus bonum coram dō testimonium conscientia perhibebat. intrarunt cum eo in nuptias. Id est ubi munda anima sempiterno dī uerbo fecunda copulatur.

Clausa est ianua. id est receptis illis qui sunt in angelicam uitā inmutandi. omnes enim resurgemus inquit. sed non omnes inmutabimur. Clausus est

aditur ad regnum caelorum.

Non enim post iudicium pat& precum aut meritorum locus.

Nouissime autem ueniunt reliquę uirgines dicentes. Dne dne aperi nobis. Non dictum est quod emerent oleum. & ideo intellegenda esunt. nullo iam remanente de alienis
gaudio . In angustiis
laudibus. & magnis adflictationibus redire ad implorationem di. Sed magna est eius se ueritas post iudicium. cuius ante iudicium ineffabilis misericordia praerogata est.

Itaq; respondens ait. Amen dico uobis quod nescio uos.

Ex illa scilic& regula quam non hab& ars di. hoc est sapientia di.

Ut intrent in gaudium eius. qui non coram do. sed ut placerent hominibus uisi sunt aliquid secundum praecepta eius operari.

Atq; ita concludit. Uigilate ergo quia nescitis diem neq; horam. Non modo illius ultimi temporis quia uenturus est sponsus. sed suae quisq; dormitionis diem & horam nescit.

Quis quis autem paratus est usq; ad somnum. id est usq; ad mortem quae omnibus deb&ur. paratus inuenietur & iam cum illa uox media nocte sonuerit. qua omnes euigilaturi sunt [mus].

Quod uero sponso dixit obuiam uenire [ss] uirgines. sic intellegendum puto. ut ex ipsis uirginib; const& ea quae dicitur sponsa. tamquam si omnibus xpianis in ecclesiam concurrentibus. filii ad matrem concurrere dicantur. cum ipsis filiis congregatis const& ea quae dicitur mater. Nunc enim desponsata est ecclesia. & uirgo est ad nuptias perducenda. id est cum se contin& a corruptione saeculari. Illo autem tempore nub&. quo uniuersa mortalitate praetereunte. inmortali coniunctione laetatur.

Desponsaui inquit uos uni uiro. uirginem castam exhibere xpo.

Uos inquit uirginem. a plurali ad singularem concludens. ideo & uirgines dici possunt & uirgo.

Cur autem quinq; dictae sunt ut mihi uidetur expositum est.

Sed uidemus nunc in enigmate. tunc autem facie ad faciem.

Et nunc ex parte. tunc autem ex toto. Ipsum autem in enigmate & ex parte nunc in scripturis aliquid cernere. quod tamen sit secundum catholicam fidem. ex illo pignore contigit. quod accepit uirgo ecclesia. hu

mili aduentu sponsi sui ·
Quae illo ultimo aduentu cum
uenit in claritate nuptura
est · cum iam facie ad faciem
contuebitur · Dedit enim
nobis pignus spm · sicut dicit
apostolus · Et ideo ista ex
positio nihil certum intuetur ·
nisi ut secundum fidem sit · neq;
alius praeiudicat · quae nihil omi
nus sedm fidem esse poterit ·

XIII ITEM OMELIA BEATI GREGORII PAPAE DE EADE LECTIONE ·

SAEPE UOS
fratres kmi ad
moneo praua
opera fugere
mundi huius
inquinamenta
deuitare ·
Sed hodierna
sci euangelii lec
tione conpellor dicere · ut &
bona quae agitis cum magna
cautela timeatis · Nec per
hoc quod a uobis rectum geri
tur · fauor aut gratia huma
na requiratur · Ne appeti
tus laudis subripiat · & quod
foris ostenditur · intus a mer
cede uacuetur · Ecce enim
redemptoris uoce decem uir
gines · & omnes dicuntur uir
gines · & tamen intra beatitu
dinis ianuam non omnes receptae ·
Quia earum quaedam dum de
uirginitate sua gloriam foris
exp&unt · in uasis suis oleum
habere noluerunt · Sed
prius quaerendum nobis est ·
quid sit caelorum regnum ·
aut cur decem uirginibus
comparetur · Quae &iam
uirgines prudentes & fatuae
dicantur · Dum enim caelo
rum regnum const& quia re
proborum nullus ingreditur ·
&iam fatuis uirginibus cur
simile esse perhib&ur ·
Sed sciendum est · quod saepe in
sacro eloquio regnum caelo
rum · praesentis temporis
ecclesia dicitur · De quo alio
loco dicit · Mittet filius ho
minis angelos suos · & colligent
de regno eius omnia scandala ·
Neq; enim in illo regno beatitu
dinis · in quo pax summa est ·
inueniri scandala poterunt
quae colligantur · Et unde
rursum dicitur · Qui ergo
soluerit unum de mandatis istis
minimis & docuerit sic homines ·
minimus uocatur in regno
caelorum · ui autem fece
rit & docuerit · hic magnus